



1896.

⁴

HONORES

IN ARTE SALVTARI

SVMMOS

VIR O

PRAENOBILISSIMO AMPLISSIMO

ATQVE

EXPERIENTISSIMO

DOMINO

CHRISTIANO FRIDERICO
DANIEL

NOMINE

Societatis Δοκιμαζούτων

GRATVLATVR

IVSTVS ISRAEL BEYERVS

Phil. Prof. Publ.

PRAEMISSA BREVI DISSERTATIVNCVLA

DE

MEDICIS HONORATISSIMIS

HALAE - MAGDERVRCGICAE

TYPIS IOANNIS CHISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOCR.

CHRISTIANUS FREDERICO
DANIEL
IUSTAS ISRAEL BEYRUS
PRÆMIOU MÆLI DCHRISTIANO
MEDICIS HONORATISSIMIS
JANVM CHRISTIANI HILTONI
GRATULATVR

AIRIO

HONORIS

IN ARTE SAVATARI

SALVAT

AIRIO

EXPERIMENTIS MULIERIS

ALIAE

EXPERIMENTIS

DONINO

ALIAE

EXPERIMENTIS

DANIEL

ALIAE

GRATULATVR

IUSTAS ISRAEL BEYRUS

GRATULATVR

PRÆMIOU MÆLI DCHRISTIANO

ALIAE

MEDICIS HONORATISSIMIS

HONORIS

JANVM CHRISTIANI HILTONI



Nuidia virtutis comes. Hoc summi Fridericianae gubernacula iam tenentis uiri, celebratissimi per orbem litterariorum WOLFI, symbolum firmo ueritatis nititur talo, per experientiam quotidianam magis corroborato.

Quis, quaeso, bonorum id non comprobat exemplo suo? Transeant ceteri, solique iam pro dictae rei testimonio in scenam prodeant Medici. Vnde tot prono quasi alueo profluerent scommata, quae in Medicis euomere solent artis salutiferae aduersarii, nisi hi ab inuidia occoecati essent ad unum omnes. Sed tacere praestat, quam memoria recolere eiusmodi conuicia, quae tetrae obliuionis coeno obrui merentur omnino. Non loquuntur cum vulgo rectius sentientes, cum aequissimis bonaе caussae arbitris. Hisce enim ac nobis sufficiunt omnis aeui monumenta, quae rem medicam exercentibus debitum honorem exhibuerunt ac tribuum etiam nunc. Licet igitur hac occasione, qua Gratiosus Ordo medicus summos in arte salutari honores decernit tibi, Viro experientissimo, mihi pauca quaedam, quamuis exilia, disserere: de Medicis honoratissimis.

)(2

Quis

Quis sane, sanum qui habet synciput, Medicis ratione ac experientia instructis exercitatisque denegare audebit honores promeritos? Sacra nos percellit ueneratio erga artem salutarem eiusque cultores, quoties relatum legimus, Summum, quod ueneramur, Numen semet ipsum profiteri Medicum; filiumque eius unigenum, mundis eruatorum, in eo patri se assimilasse potissimum, quod uitam se appellauerit, et pro hominum uita omnigena huncce terrarum orbem intrasse, palam pronunciauerit. Vnde etiam procul dubio paecepti diuini eluet ratio, quare Medicos uelit honoratos summus rerum omnium Moderator ac Arbitr. Ratio quoque sufficiens apparet scriptorum ab eruditis exasciatorum *de DEO Medico*; *de CHRISTO Medico*. Quam pie igitur studium medicum sit suscipiendum, excolendum ac denique exercendum, quis non uidet? Sed uideamus alia honorum Medicis censorum uestigia.

Graeciam scientiarum patriam fuisse, concedunt omnes facile: eamque aliam medicae artis matrem dici, uno ore testantur scriptores. Ibi AESCVLAPVS (en, quantum apud omnes nomen!) quoniam rudent & uulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, in Deorum numerum relatus est, teste AVREL. CORN. CELSO. Inde deducit, uulgo qui appellatur Medicorum parens, HIPPOCRATES, gentem medicam. Et nec temporis nec huius schedulæ dimensum sufficeret, recensendis honoribus Medicis ibidem tributis. Nauigemus igitur *Romanam*.

Parum quidem dignitatis in urbe querendum esse Medicis, dicent fortasse, qui recordantur, ualestudinis curam ibi reliquam fuisse seruis misellis. Ast non omnis æui eadem fuit facies. Quid enim SVETONII uacillat aut infringit testimonium referantis, quod *omnes medicinam Romae*

Romae professos, quo libentius ipsi urbem incolerent et ceteri appeterent, civitate donauerit IVLIVS CAESAR, imperii Romani auctor atque fundator. Immo SYMMACHVS, uir consularis, collegii Medicorum *Romae* degentium mentionem facit, ad quod Summates aliis decedentibus acciti fuerunt. Sed repetamus patriam.

Germania! tibi sane, o dulce natale solum, maximas pro honoribus sibi collatis grates debent Medici. Quantum enim aestimauerit sanitatis studium ac curam uere magnus imperator CAROLVS M. manibus quasi palpabit, qui haud ignorat, eum præcepisse, ut liberi a pueris inde erudiantur in re medica: nisi id uilipendendum potius esse uideatur. Quid uero sentiendum, de aliis successoribus eius, qui viros in arte salutari celeberimus nobilitate honestarunt gentilitia?

IO.CRATO,*Wratislaviensis*, trium potentissimorum imperatorum, uidelicet FERDINANDI I, MAXIMILIANI II, & RUDOLPHI II, archiater, ab altero nobilibus gente talibus accensebatur, nomine a KRAFTHEIM maiorem dignitatem innuente insigniebatur, immo et numismate in eum cuso honorabatur.

HIERONYMVS MERCVRIALIS ab eodem MAXIMILIANO II, nobilitatem gentilitiam cum comitis et equitis aurati enconio, et a Paduanis statuam honoris consequebatur, quod ante eum contigerat nemini.

Praecipue imperator FERDINANDVS II, Medicis erat indulgentissimus, utpote qui IO. WINTERVM, nullis umquam precibus ab eo instigatus inter nobiles gente tales referebat: MELCHIORI SEBITZIO, uel SEBISCHIO, in comitis *Ratisponensibus* dignitatem comitis palatini tribuebat anno iubilaeo Augustanae confessionis primo: eodemque anno augustales codicillos gentilitiae nobilitatis *Hoffmannianae* re-

nouabat atque pluribus emolumentis augebat in LAUREN-
TIO HOFFMANNO, cui dignitatem Medici aulae caesareae et
comitis palatini addebat; quae nobilissima gens Hoffmannia,
uerē medica, perduo, et quod excurrit, saecula flo-
ravit et in uenerabili Fridericianae nostrae Seniore, FRIDERICO
HOFFMANNO, et filio eiusdem nominis, uirtutum paterna-
rum aemulo, uiget etiam nunc.

Ad altiora euaserunt, quos memoria hoc loco sugge-
rit, par Medicorum sane honoratissimorum: quorum alter
pontifex Romanus, IOANNES XXII, qui ante, quam conces-
deret papale solium, Medici officio defungebatur, et IOANNIS
PETRI, alias PETRI IVLIANI dicti, nomine iam innotuerat; al-
ter nomine PETRVS REICHSPALT, seu ACHTZPALT, ad cathe-
drām archiepiscopalem Moguntinam admotus a grato pon-
tifice CLEMENTE V, quem mortis faucibus feliciter eripiue-
rat, ratus quippe, quia tam felix esset corporum curator, maxi-
me conuenire, ut et insignis constituarit animarum pastor, curator
et Medicus.

Sed quamuis non cuiuis liceat adire Corinthum, nec
Medico cūlibet hac uia progredi Romam ac Moguntiam; su-
persunt tamen alia honorum Medicis exhibitorum signas
graue puta honorarium et numismata, mira arte in eorum ho-
norem cusa.

IO. FERNELIVS, insignis in Gallia Medicus et CATHARI-
NAE MEDICEAE archiater, a prolifica hac regina toties hono-
rarium mille imperialium accipiebat, quoties, quod saepius
fiēbat, enixa est. Et quod semel, cum partus dolores ei le-
nieran dicti Medici dexteritas, conceperat uotum, id semper
adimpleuit magnifice. Aliorum ut taceam honoriorum ei
adfluentium: quae colligi facile possunt exinde, quod FER-
NELIVS quotannis plus quam XII aut XV millia nummo-
rum aureorum habuerit reddituum.

Eadem

Eadem ratione heic dentio citandus est supra adductus
MERCVRIALIS, Medicus Italus: qui, ubicumque locorum ar-
tem suam profitebatur, mille et ducentos ad bis mille aureo-
rum sumam adscendentes singulis annis *honorarii* nomine
nanciscebatur; adeo, ut eo defuncto, centum et uiginti mil-
lia aureorum relinquaret hereditatis massam.

Et quod ad *numismata* in honorem Medicorum cusa at-
tinet, nolo iam laudatum CRATONEM hoc loco reuocare: sed
recensere potius malo numisma, quod merita de alma Fri-
dericiana, de omni re medica, immo de toto orbe litterario
meritissimi FRID. HOFFMANNI, quem quotquot exsistunt et
iam dudum extiterunt Medie, pro HIPPOCRATE altero et
communi Medicorum parente uenerantur, peregegie ex-
primunt. Huius nummi prior pagina uenerandam imagi-
nem cum hac sif sit epigrapha:

FRID. HOFFMANN. REG. PRVSS. CONS. INTIM. MEDICVS ET PROF.

Auersa vero pagina sequentem legentibus offert in-
scriptionem:

ADVERSA PHILOSOPHV M ET CHRISTIANVM PROBANT.

NATUS
HALAE MDCLX.
PATRE
FRID. ARCHIAT. SAX.
PRIMVS IBI PROFESSOR
IAM SENIOR
AKTEM QVA AVGSTISS. CÉSARI
REGIB. MVLTISQUE S. R. I. PRINCIPIB.
PROFVIT
PER XLIV. ANN. DOCVIT
ET IN
SYSTEMA RATIONALE
REDEGIT
MDCCXXXVII.

Deni-

Denique amplissima mihi superesset farrago encomiorum huic nostro Medicorum principi aliisque artis salutaris columninibus consecratorum, nisi plagulae praesentis angustia arceret cuncta. Deprocrandum igitur mihi, ut ante clausulam leuidensis huius epistolii, TVI gratia, Vir experientissime inchoati, mentem TIBI deditissimam significem animitus. Societas etenim *δοκιμασθεντων* summos artis medicae honores in TE collatos, me interprete, gratulatur TIBI: TIBI, quem diligit socium, solide doctum, experientissimum, indefessum, dexterimum, ingenuum ac candore conspicuum maxime. TIBI fausta quaevis appreccamur, uouemus, immo ceu virtutis accessoria spondemus: sanitatis felicitatisque haud interruptae longaeuitatem. De cetero nostri caussa unicum hocce adhuc in uotis habemus, ut benevolentia & industria TVA, qua laudaris, scopum societatis nostrae laudabilem omnino, promouere uelis et in posterum. Vale nosque eadem, qua TVAM colimus amicitiam, ratione redama. Scrib.

Halae propter Salam, mense Maii, A. R. S.

MDCCXXXII.



Ztsr 1672. 8^o

ULB Halle
003 856 135

3



Sb.

V01P

V01Z



CHRIST

IVSTV

PRAEMIS

MED

TYPIS IOANNIS

RICO

RVS

VLA

AD. TYPOCR.

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Green

Cyan

Blue

inches
1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20

Farbkarte #13